

**E V S E B I I E M I S S E N I  
E P I S C O P I O P E R A ,**

V I D E L I C E T ,

*Homiliae in Evangelia, que cunctis diebus Dominis totius anni, ac ferijs quadragesimalibus legi solent.*

P R A E T E R E A

*Homilia de precipuis anni festiuitatibus.*

P O S T R E M O

*Homiliae ad populum eloquentissimae & religiosissimae, recens in lucem emissae.*

*Cum triplici indice, scilicet, Homiliarum, rerum & verborum, & locorum sacra scriptura explicatorum.*

I N M E M O R I S



I N M E V I T A .

P A R I S I T S ,

Apud Hieronymum de Marnef, & Gulielmum Cauellat, sub Pelicano, Monte Diuillier.

1575:



Coll. 306. : A. S. Salin. ex lib. ne Regnum. Seculari.



## ORNATISSIMO PRAESVLI AC DOMINO, DOMINO GABRIE-

*li Bousierio Ecclesie Andegauensis Episcopo di-  
gnissimo, Claudio Fremy salutem &  
pacem per Christum exoptat.*



On ignoras, ornatissime præ-  
sul, quantopere hac nostra  
infelici tempestate genus hu-  
manum, non secus ac malo  
quodam genio impulsum,  
ad vitia & hæreses præceps feratur, nulla  
nec virtutis, nec honesti, nec timoris deni-  
que diuini habita ratione. Videlius ete-  
nim nostræ memoriarum homines, spretis ca-  
tholicis & antiquis doctoribus se se ad no-  
uos quosdam hæreseum hærefiarchas con-  
uertere: quorum lectione, quæ præclarè &  
optimè à patribus sanctis tradita sunt, de-  
struere, ac opiniones prauas iam sopitas, &  
per sancta concilia damnatas omni studio  
innouare conantur. Sed aërem verberant.  
Peribut enim & ipsi, & eorum scripta tan-  
quam mendacij & errorum plena, & per-

# DOMINICA PRIMA<sup>3</sup>

## ADVENTVS.

**C**ùm appropinqua fasset Iesus Ierosolymis, & venisset Bethphage, ad montem Oliveti, tunc misit duos discipulos suos, dicens eis: Ite in castellum quod contra nos est, & statim iuuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea solvite. Et adducite mihi. Et reliqua, Mattheus 21.

**D**uos discipulos suos dominus ante se mittit: per quos duo testamenta intelligimus. Hos autem discipulos ipse docuit. Hæc duo testamenta ipse edidit, omnisque sapientia & scientia plenitudine ea repleuit. Sapientes sunt isti discipuli, & à sapientissimo magistro instructi, sine quorum doctrina nemo sapiens iuuenitur. Hos ante se dominus mandat, isti pullum & asinam soluunt, cōsque solutos ad eum decunt. Sed quid per asinam, nisi Synagoga: quid per pullum, nisi Gentilis populus figuratur? Illa enim à prophetis domita, & legis pondere onerata erat; hic autem lascivus erat, & indomitus, supra quem nullus vñquam hominum federat. Vterque autem ligatus erat, vterque solutione indigebat. Non poterant solui ab uno, soluuntur à duobus. Nemo enim nisi vtriusque testamenti fide & doctrina, à peccatorum vinculis liberatur. Sequitur: *Ei si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet, & confessim dimittet eos.* Dominus (inquit) his opus habet: non qualiscunque dominus, sed horum quoque & omnium dominus. Vnde & sine adiectio- ne dicitur dominus. In eo enim quod dominus dicitur, & non additur cuius, omnium dominus esse ostenditur. *Quis igitur tenete audeat, quos omnium dominus soluere iubet?* *Hoc factum est ut adimpleretur quod scriptum est per prophetam, dicentem: Dic te filie Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugans.* Exposuit euangelista cur dominus omnia hæc agere voluerit, ne forte inconueniens & indecens hoc alicui esse videretur, ut in illo tam paruo itineris spatio, quasi fatigatus, super-